

ne ingerit sermonem? In amantissimo Iesu illa iniquorum flagellatio, erat in iustos velut gratia, ac benevolentia pignus: illaque percussio malorum quodammodo obfes erat exaltationis bonorum. D. Paschasius in Psalm. 44. Cum senit, ait, diuina ira, ipsamet Dei bonitas, eius pietatem, ac clementiam magnopere declarat.

QUESTIO XIII.

Quare mulier Iudæos dominos appellat, se verò canem dicit?

112. N hac sua locutione prudens mulier ait: Etiam catelli edunt de micis, que cadunt de mensa dominorum suorum. Iudæos filios, ac dominos appellat, vt notarunt D. Chryso- stomus homil. 53. Vide, ait, magnitudinem animi, atque constantiam, filios ipse Iudæos vocauit, illa dominos. Hoc enim bona forma ex sequela, ac habitu Iesu hausit, vt alios tanquam Dominos recognosceret, ac veneretur. Vel cum eos accumbentes audiuit ad mensam Domini, ipsos tanquam dominos, ac principes recolit: illa enim cœlestis mensa dominos, ac principes creat, & constituit. Vide tom. 3. cap. 35. num. 91. & n. 284. 285. & 286.

113. Secunda quæstionis pars inquirat. Quare mulier se catellum dicit? Pro quo primò sapienter ait D. Chryso- stomus homil. 53. Vides, ait, prudentiam mulieris? Vides, quomodo non contradixit, nec alio- rem laudibus doluit, nec quia contemni videbatur, moleste tulit. Magna, & mirabilis mulieris prudentia: nec aliena laude, nec proprio contemp- tu aliquam inuidiam, de quo supra q. 10. nec aliquam animi molestiam perpessa est, sed semper firma, & stabilis stetit, nullaque in se illata contumelia commota est.

114. Secundò illius sagacitatem multis admiratur D. Paschasius lib. 7. in Matth. Non solum, ait, non- refugit se canem vocari, verum proponit humiliter, catellos nonnunquam de micis, que cadunt de mensa dominorum suorum, quam frequenter cadere, sicq. opprobrium sibi illarum vertit efficaciter in supplica- tionis sue blandimentum. Tantum abest, vt mulier, data repulsa, canis appellatione, conquesta sit, quod potius se humiliter quid dicat, nempe catellum, totumque opprobrium illatum vertit in sup- plicationis suæ argumentum. Nam Domini est, catellos suos de magnifica sua mensa alere; ac proinde, vt catella, particeps debet fieri magnitu- dinis Domini sui.

115. Tertio D. Hieronymus, Scio me, inquit Chana- næa, filiorum panem non mereri, nec integros posse ca- pere cibos, nec sedere ad mensam cum Patre, sed con- tenta sum reliquis catellorum, vt per humilitatem, micarum ad panis integri veniam magnitudinem. Cognoscit vilitatem ac indignitatem suam, quod non panem integrum, sed tantum micas prome- reatur; per istam tamen humilitatem sperat ascendere ad mensam, vt integro filiorum pane fruatur. Ecclesiasticus 3. num. 30. Quanto magnus humiliare in omnibus, & coram Deo inuenies gra- tiam. Godfridus in Allegoriis Tilmani, Humili- tas, ait, sine honore ipsa sufficit ad honorem; honor vero sine humilitate se producit ad confusionem.

116. Quartò D. Antonius Vlyssiponen- sis in feria 5. post Domin. 1. Quadrages. O suspenda, ait, & hu-

militas, & constantia mulieris! Christus eam voca- uit canem, & ipsa sibi hoc nomen noluit arrogare, quia canis aliquid habet industrie, quia cognoscit dominum suum, & ipsa non presumpsit hoc dicere. Item dominum custodit, & furis ingressum arcet, & etiam matrem tegit. Hæc non sic de se dicit, quia nec domum conscientia custodire se sateri voluit, nec latratum confessionis habere, quo hostes depellatur, sed se nominauit catellum. Magna sanè humilitas, ac prudentia mulieris: à Christo appellata est canis; ipsa se catellum proficitur. Canis multa obsequia erga dominum præstat; ipsum agnoscit, atque custodit; aduentumque furis prohibet. At catellus vberibus matris alitur. Hæc autem mulier, quamuis Christi diuinitatem profiteatur, sicque dicat: Domine fili David; nullum tamen in se erga Dominum recognoscit obsequium, sed solum magnam in se miseriam habet; vnde cla- mabat: Misere mei: proindeque tota ad Domini benignitatem confugit.

117. Quintò D. Chryso- stomus homil. 17. ex variis in Matth. in persona mulieris sic loquitur: Non respuit opprobrium, ait, tantum accipiam vel escam panis. Tu fac, quod debetur cani: quia canem me- vocas, da mihi micas. O Domine, aduocatus mea s- etus es postulationis, abnegando promittis. Quid ele- gantius? Preme vltima verba: Abnegando promit- tis. Dominus mulieri dat repullam, & canem di- cit: inde ipsa arguet eum recognoscit suæ petiti- onis aduocatum; nam si canis, alendus est è mensa Domini; proindeque tantam recognoscit Christi benignitatem, quod etiam, dum denegat, petitum concedit. Abnegando promittis.

118. Pro qua magnifica Dei pietate, ac liberalitate eleganter dixit Tertullianus in Scorpiaco cap. 5. Deum verò, & quidem zelotem culpandum existi- mabis, si voluit certare cum canis, & iniuria amu- lando prodesset, mortem morte dissoluere, occasione occasione dispergere, tormentis tormenta discutere, supplicia supplicij euaporare, vitam auferendo con- ferre, carnem ladendo inuare, animam eripiendo ser- uare: peruersitas, quam putas, ratio est; quod, scru- tiam existimas, gratia est. Perpondera vltima ver- ba, & illa: iniuria amulando prodesset. Eximia Dei bonitas, & pietas, que dum inferre videtur scru- tiam, gratia est; dum mortem infligeret, vitam lar- gitur; dumque supplicia diffundere, illa dissipat, ac exulare facit.

119. Fabricato ac adorato vitulo ab Israelitis, ait Deus Moyfi: Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, Exod. 32. num. 10. Quis- nam est iste modus loquendi? Deus omnibus do- minatur, à nulla creata manu impediti, ac detineri potest. Quid est ergo, quod ait seruo suo: Dimit- te me: hoc est, vt habet communis interpretatio, cessa ab oratione tua; noli pro eis intercedere: sic habet Chaldaus: Dimitte deprecationem tuam. Si Deus minatur denegationem veniæ, & inflic- tionem pœnæ, ad quid ait Moyfi, vt suam orationem dimittat, tanquam quod Deus illa impediatur? Ad quid ergo tendit iste loquendi modus? Vt ostendatur Dei clementia, quod dum videtur, se velle veniam denegare, & supplicia diffundere, indicat viam, vt veniam concedat, supplicia auferat. D. Augustinus quæst. 14. in Exod. Licet eos, ait, di- ligeret Moyses, tamen illos occultius Deus diligebat, dum manifesta voce terrebar, qui scilicet illud, Di- mitte me, monendo dixit. Et D. Gregor. Magnus lib. 9. moralium cap. 11. Quid est aliud, Dimitte me, quam deprecandi asnam præbere. Dicit Moyfi, vt

cesset ab oratione, vt inde ipse magis excitetur ad orandum, vt sic Deus veniam concedat, & supplicia intermittat.

Magna hu- militas, que nullum in se meritum re- cognoscit.

117. Chryso- st.

Dei liberali- tas etiam, dum denegat, pro- mittit.

118. Tertull.

Ex Deo ali- quando scru- tia gratia est.

119. Exod. 32.

Chald.

Deus dum indicat sup- plicium, ve- nia asnam ostendit.

August.

Greg. Maga.

QUESTIO XIV.

Quare mulier è mensa Domini sui micas tantum petit.

120. N AM micam è mensa Domini petit mulier, hoc est, vt jam dixi in expositione, & notauit Theophylactus, non postulat mulier, vt apud ipsos Gentiles, & Tyros fiant illa magna mirabilia, illaque ingens miraculorum copia, quæ apud Iudæos facta sunt; sed vt tantum apud ipsos Tyros è mensa Domini excidat vna mica, nempe sanitas filia suæ à Dæmonio libera- tæ. Quare autem Chananæa micas petit, Mag- dalena vero totum vitæ panem est amplexata? disputauit tom. 3. cap. 15. q. 16.

121. Secundò D. Gregorius Nazianzenus Orat. in Epiphaniam. Qui denique, ait, Chananæa more deprimitur, misericordiam implorat, & micas deposcit, hoc est canis vehementissimi fame corrupti pabulum. si mulier magna fame premebatur, cur non petit panem integrum, aut saltem partem panis? Cur tantum quid minutissimum? Dicam Primò. Per hoc declarabat mulier vehementiam suæ famis. Qui enim grauius esuriunt, vel sitiant, non res magnas, sed quid minutum exoptant; Vt helluo cum peracuta firi in inferno cruciare- tur, Lazarum in sui solatium desiderabat, petens solum, vt intingeret extremum digiti sui in aquam ad refrigerandam linguam eius. Luc. 16. n. 24.

122. Tertio D. Hieronymus, jam alia considera- tione supra datus. Scio, ait, me filiorum panem non mereri, nec integros capere posse cibos, sed contenta sum reliquis catulorum. Admirabilis mulieris acuties; cum enim in sua entitate quid temporale, & humanum optat, perbellè dicit, se non posse in- tegros capere cibos; solus enim Christus integer datur; cætera verò omnia scinduntur in frusta, comminunturque in micas. Vel hæc dicebat mulier ex verecundia, ac humilitate, qua se reputabat indignam, vt explicauit superiori quæ- stione.

123. Quartò D. Basilius Seleucus Orat. 20. O mulier magna est fides tua, ait, Ideo tibi gratificari distuli, vt fidem tuam in exemplum proponerem. Totam tibi curationis mensam explico; non vt cani micas, sed vt filie totum panem largior. Mirabat sane, cur mulier micas peteret, cum aliis integro pane indigeret. Cur non pro integro pane instat, vt ille amicus pro tribus panibus media nocte Luc. 11. num. 8? Cur totam Dei potentiam ad tantum perpetrandum opus non expostulat? Agnouit mulier Christi ingenium, qui nunquam sui micam exhibet, quin etiam se totum præbeat. Firmiter credidit mulier, quod si è mensa Domini vnam micam acciperet, totam cælestem mensam esset acceptura; in qualibet enim diuini panis portione integer Christus communicatur: Non vt cani micas, sed vt filie totum panem largior. non enim ipse partita dona largitur.

124. Quintò D. Ambrosius lib. 8. in Luc. cap. 16. O vberes mica, ait, que repellitis ieiunium sempiter- num, que colligentem pauperem æternis expletis ali- mentis! Magna, & peracuta fame laborabat mu-

120. Theophyl.

Ratio litter- valis.

121. D. Nazianz.

Vehementer esuriens quid minutum appetit. Luc. 16.

122. D. Hieron.

Temporalia dantur per partes, solum Christi integer.

123. D. Basilius Seleucus.

Luc. 16. In vna mica panis Christi integer ipse accipitur.

124. D. Ambros.

lier, vt in secunda ratione dixi ex Nazianzeno; & tamen ad expellendam Dæmonum potestatem solum micas è mensa Iesu postulat: pro certo enim habebat, illas venire non posse micas, quin omne simul ieiunium, ac desiderium replerent, omnem- que beneficiorum vbertatem conferrent.

125. Sextò ad eadem Ambrosij verba. Non petit mulier è mensa Domini piscem, vel ouum, vel poma, sed panis micas. Cur potius micas panis petit, quam aliud edulium? Diuini panis Christi micas desiderabat mulier, vt jam dixi; sciebat enim, quod vna mica viuifici Sacramenti abun- dantissima erat ad quamcumque famem depelle- dam, Dæmonesque fugandos, omnemque bonum conferendum. Dominus precedebat Israel per diem in columna nubis, per noctem in columna ignis. Exod. 13. num. 21. Cum Apostolus dicat, quod omnia in figura continebant illis, rectè Drogo Hostiensis libello de Sacramento Dominicæ Pas- sionis interpretatur hæc, quod præcesserint in typo Corporis, & sanguinis Domini in Sacra- mento Altaris; sicut enim Dominus occultabatur in nube; sic caro, & sanguis Christi in viuifico mysterio nube accidentium tegitur, & abscondi- tur. Sed cur potius per diem in nube, quam per noctem? Et cur per diem in nube, per noctem in igne? Nubes in die custodit ab æstu, ac ardore: Ignis verò in nocte illuminat, ac propulsato frigore calefacit: sic caro, & sanguis Christi in sacramento, velut nubes in die nos protegit, ac tuetur ab æstu tentationum luxuriæ, Auaritiæ, ac concupiscentiæ, & tanquam ignis in nocte illuminat intellectum, & inflammat voluntatem diuino desiderio, ac amore. Citatus Drogo Hostiensis. Que nubes, ait, que precedit viros Israelitas, nisi verissimum, & sanctissimum corpus tuum quod in altari sumimus, in quo velatur nobis altitudo Dei, immensitas maiestatis tue. Et postea subdit. Mediatrix nubes interposita, & ardorem temperat desuper, & tutam subus te viam præmon- strat. Vide tom. 3. Verbo Eucharistia, Effectus illius.

126. Septimò Victor Antiochenus in cap. 7. Marci: Nam & catelli edunt de micis. Minimam virtutis illius partem, ait, hoc enim mica nomine significabatur, ad præstandam integram filia sanitatem, arbitrata est. Integram, & perfectam filia salutem mulier vehementer petebat; & tamen è Christi mensa, non integrum panem, sed vnam micam quærit. Optimè illa nouerat, quod vna parua è manibus Dei abundantissima erat ad totam inte- gram bonorum plenitudinem conferendam.

127. Ad ostium Dilectæ pulsat Christus Aperi mibi, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis nollium. Cantic. 5. num. 2. Per rorem, ac guttas noctium gratiam, ac cælestia dona inter- pretantur D. Gregorius Nyssenus, homil. 11. Catena trium Patrum, D. Ambrosius lib. de Virginibus, D. Paulinus Epistol. 4. ad Seuerum; Aponius, Philo Carpathius, Richardus de S. Victore, & alij iuxta illud Isaia 26. numer. 17. Ros, qui à te est, est illis curatio. Ros, & gutta quid minutissimum est: quomodo ergo cælestia dona sic nuncupantur, cum aliis flumina, ac maria dicantur: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat, & flumina fluent de ventre eius: ait Christus Ioan. 7. n. 37. Et David: super maria fundauit eam. Psal. 23. num. 2. si maria, & flumina, quomodo gutta, vel minutissimum rotis granum? Ros, & gutta, si Dei conferentis maiestas, ac potestas confidere

Quæ à Christo veniunt, omni bono replent.

125. Panis Christi dat omne bonum, & depellit omnia malum.

Exod. 13.

Sacra Eucha- ristia custodit à tentationi- bus, & illum- minat mentis.

Drogo.

126. Vict. Antioch. Minimum Dei donum satiat uni- uersum.

127. Cantic. 5.

D. Nyssenus, Catenarium Patrum, D. Ambrosi, D. Paulinus, Aponius, Carpathius, Richard. de S. Victor. Isaia 26. Ioan. 7. Psal. 23.



Divina dona... consideretur; maria vero, & flumina dicuntur, cum superabundanter totum hominem replent, & fatient. D. Gregorius Nyssenus citata homil. 11.

128. Cantic. 8. Nyssen. Rich. Vic. Apoc. 22. Rich. Vic. Exiguus Dei omnes creaturas satiat. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Cantic. 3. num. 7. Per lectulum Salomonis immensam Beatitudinis requiem, ac supremam illam felicitatem interpretantur D. Gregorius Nyssenus homil. 6. Richard. de S. Vic. Per sexaginta fortes, Christi athletas intelligunt, qui pro aeterna patria defudantes vigilia, animi constantia, ac labore illam comparant. Quorsum tamen illa amplissima Beatitudo lectulus nuncupatur? Cur non potius ciuitas, ut Ioan. in Apocal. cap. 22. vel palatium, aula, seu stratum, vel lectus? ad quid lectulus, hoc est parvus lectus, appellatur? Recte citatus Ricardus. Quia minimum est, ait, quod de illa quiete cognoscere possunt, per divinitum exprimitur; nec tam lectus, quam lectulus dicitur: quod enim minimum, ac exiguum est Dei, superabundans existit, ut perenni ubertate omnes creaturas faturet, ac expleat.

Matthai 15. Tunc Iesus ait illi: O mulier magna est fides tua, fiat tibi, sicut vis. Et facta est filia eius ex illa hora.

VERSIONES.

Vatablus. Sanata fuit filia eius ex hora illa. Arias. Sanata ab illa hora.

ALTER TEXTVS.

Marcii 7. n. 29. Et ait illi: Propter hunc sermonem vade, exiit demonium a filia tua. Et cum abiisset domum suam, inuenit eam iacentem super lectum, & demonium exiisse.

EXPOSITIO VII.

129. D. Marcus. Chrysof. Chrysof. VNC respondens Iesus ait illi. Declarata tanta mulieris fide, iam non decens erat, ut amplius dissimularet Dominus. Sic ait D. Marcus: Propter hunc sermonem. Et huc vsque Christus distulit, inquit Chrysofostomus homil. 53. Ut fulgente corona mulierem coronaret, merito nempe, praemio, ac laude. O mulier. Vox est exterius admirationem indicantis, cum interius re vera in Christo non daretur, ut ex communi Theologorum placito dixi tom. 3. cap. 11. n. 117. Antea canem appellauerat Dominus: Non est bonum sumere panem filiorum, &c. nunc vero mulierem vocat. D. Chrysofostomus serm. 100. Foemina haec gentilitatis errore canis erat; nunc vero fide in hominem, ac filiam commutatur: & iuste

commutantur in canes Iudaei, qui se filios esse noluerunt. Et D. Augustinus serm. 74. de tempore. O mulier, ait, tu te cognouisti canem, ego te iam agnosco hominem. Tunc mulier apud Deum creuit in tantam gloriam, cum ex se nihil habere reputat, se inter viles catellos annumerat. Non dicit Chananam, sed mulierem. Idem D. Augustinus lib. de fide, & operibus. Mutauit vocabulum, ait, quia mutatum vidit affectum. Res in melius commutata, nouo nomine sunt condecoranda. Vel quia Chananarum genus valde despectum; & tanta fuit vnus istius mulieris virtus, ut totius sui generis apud Deum offensiones obtegere, & obnubilare potuerit. D. Basilii Seleucus Orat. 20. Mulier Chananaea, sed animi probitate genus refutauit, naturam vicit fides. Nemo Chananaeos accuset; soluit mulier maiores suos ab impietatis crimine.

Magna est fides tua; tum in se, quia, cum extitisset Gentilis, Christum credidit Deum saluatorem, & verum Messiam; tum etiam in affectibus, quia firmam, humilem, alienamque ab omni inuidia orationem protulit: fiat tibi, sicut vis. Praeclare D. Ambrosii lib. 5. in Lucam. Verè, ait, haec regnum coegit, pertinax in precibus. Prateruentem renocat, tacentem rogat, excusantem adorat, negantem inclinat. Tanta est orationis vis, ut dure negantem emolliat: fiat tibi, sicut vis: hoc est fit sana filia tua, ut petis. Origenes extimat, quod propter fidei magnitudinem Christus ad sanandam filiam mulieri potestatem concessit. Melius tamen dicendum cum Abulensi q. 81. quod Christus ediderit miraculum, non enim dixit, fac, ut vis, sed fiat tibi, nempe virtute mea. Et Marcus, quod Christus dixerit illi: Vade, propter hunc sermonem exiit demonium a filia tua. Ergo non commissum est mulieri, quod sanaret filiam, sed quod iret, & inueniret eam sanam. Sanata est filia eius ab illa hora, ab illo nepe momento, quo verba illa Christus protulit; quibus auditis statim mulier a sua petitione cessauit: nam quamuis filia eius absens esset, tamen ex voce Christi ita credidit, ac si praesentialiter eam sanam vidisset. Considera hic magnam mulieris prudentiam; nam concessa ei magna potestate sub illo verbo fiat, ut ex Chrysofostomo dicam q. 18. in secunda ratione, illa tamen solum sibi necessarium assumit, eoque contenta est.

Dubitabis tamen: Quomodo Matthaeus, & Marcus in hoc facto narrando cohæreant: nam D. Matthaeus scribit, quod Christus dixerit: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi, sicut vis: Marcus refert, quod sic est locutus: Propter hunc sermonem, vade, exiit demonium a filia tua. Abulensis quaest. 85. Barradas existimant, vtrumque à Christo D. fuisse prolatum, hoc pacto: Christus dixit: O mulier, magna est fides tua! Propter hunc sermonem vade, exiit demonium a filia tua. Dicendum tamen puto, quod Marcus narrat miraculum concessum ob preces, Matthaeus vero ob fidem. Verum est, Chananam precibus impetrasse petita; hoc tamen rectè fidei eius adscribitur, quoniam fides praebuit orationi efficaciam. Victor Antiochenus in cap. 7. Marci. Matthaeus, ait, sanationis causam fidei, Marcus sermonis virtutis adscribit: sed in idem redit: efficax enim sermo ex efficaci fide prodibat. Oratio sine fide claudicat; cum fide verò multum efficax est.

D. Augustin. Humilitas maxime nos extollit apud Deum. D. Augustin.

Virtus vnus obtegit generis maculam.

Basil. sel.

130.

Ambros.

Oratio emolliat dure negantem. Origen.

Abulensis.

D. Marcus.

Fides mulieris.

Chrysof.

131. Concordia inter D. Matthaeum, & D. Marcum.

Abulens. Barradas.

Oratio sine fide claudicat, cum fide efficax est.

Antioch.

QVA

QUESTIO XV.

Quare Christus non annuit Apostolorum petitioni pro muliere, sed modò precibus eius.

132. Ratio dubitandi. V PRA Apostoli pro muliere sunt deprecati: Rogabant eum dicentes: Dimitte eam, quia clamat post nos: ut late supra explicauimus quaest. 8. Et tamen eorum petitioni non assentitur Dominus, ut modò precibus Chananæae legimus factum. Cur quod Apostolis, ac intimè Christi asseclis est denegatum, Gentili foemina conceditur?

133. Euthym. Respondet primò Euthym. Tu autem considera, ait, quomodo cum Apostoli pro illa deprecari fuissent, nihil effectissent, ipsa potius perfecit. Hinc enim docemur, quod Deus manuit, nos pro nobis ipsis obsecrare. Efficacius erga Deum nostrum proprium meritum pro nobis, quam aliorum preces negociatur.

134. Chrysof. Secundo D. Chrysofostomus homil. 53. Nam quamuis, ait, Apostoli ad Christum potiebantur libertate, magnam tamen mulier patientiam ostendit. Et si à principio Apostoli pro muliere rogarunt, cur non modo, cum vident ei tot repulsas datas: Non sum missus nisi ad oves Israel. Et iterum: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Hoc non erat Apostolorum defectus, sed ingens mulieris virtus, quæ cum inter tot aduersa praecara patientia extitisset iam Apostolorum suffragio non indigebat, sed totam Dei virtutem in se trahebat, ac inclinabat.

135. Gerson. Tertio Gerson 3. part. tract. 9. super Magnificat. explicans illa verba: Esurientes impleuit bonis: sic ait: Curre iam o anima penitens: clama post Christum cum Chananæa, qui si forte à matre comite rogatus, ut dimittat te, sileat, & praecedat; irruere festinatione tota, prauei faciem eius in adoratione dicens: Domine, adiuua me. Si rursus opposuerit confundens te, quia panis filiorum non est dandus canibus: responde tota fiducia: Etiam, Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tandem mereberis audire; fiat tibi sicut vis. Clamat mulier, Miserere mei: non respondet Dominus. Intercedunt Apostoli; & non flectitur. Non sum missus, nisi ad oves, quæ perierunt domus Israel. Prouoluta genitrix adorat; & tamen adhuc non inclinatur Dominus. Suggestit verò ipsa: Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Non distulit ulterius Christus, sed magna pietate flexus ait ei: O mulier, magna est fides tua, fiat tibi, sicut vis. Cur modo tanta pietate annuit, qui antea tam rigidum se exhibuerat. Cur antea nec oratio Apostolorum, nec fletus, adoratio, humilitas, ac perseuerantia mulieris valuit impetrare, quod modo tam largiter conceditur. Vnde ergo tanta efficacia? Eo nunc deducta sunt verba, ut panis commemorario fieret: Non est bonum, sumere panem filiorum. Et iterum: Etiam catelli edunt de micis. Mox ubi panis nomen interpositum fuit, ob reuerentiam futuri conuiuij, statim iras deposuit, & benignus concessit, quantum ipsa mulier voluit; & quod nec oratio Apostolorum, nec tot mulieris virtutes impetrarunt, vna diuini epulij vmbra obtinuit.

136. Quarto. Non annuit Christus petitioni Apostolorum in Euang. Tom. IV.

stolorum, sed tantum Chananæa; cum tamen ipsa multo sublimiores sanctitate essent Apostoli. Iustitia, ac sanctitate Apostoli valde praclati; Chananæa vero pro filia sanitate multa angustia, ac afflictione laborabat; & qui magna vexatione, ac molestia opprimuntur, valde apti, ut pro laborantibus loquantur; sæpe enim hi melius intercedunt, quam alij, qui multa virtute, ac probitate eminent.

Postulat Abrahamus, ut ira Dei dimittatur à ciuitatibus Sodoma, & Gomorrha; & tamen ei non conceditur, nisi ibi inuentus sit certus iustorum numerus. Gen. 18. num. 26. Rogat verò Lot pro Segor, absque pacto, vel conuentione, quod ibi iustus reperitur, & mox datur postulatam. Angelus dixit ad eum: Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subuertam urbem, pro qua locutus ei. Gen. 19. num. 21. Quod totum in gratiam Lot factum est, ut rectè ibi explicat Chrysofostomus. Petitionem tuam, ait, tibi exhibeo propter te, etiam ciuitati parcam: quasi diceret, non solum annuo precibus tuis, sed ultra nulla erit poena habitatoribus insidenda. Multo sanctior Abrahamus, quam Lot; & tamen huic sine pacto, non verò illi, vna ciuitas conceditur. Vnde tanta differentia? Verum est, quod illustrior probitate Abrahamus; tamen Lot suarum ciuitatum deuastratione videns multa molestia, ac vexatione premebatur: & animus afflictus valde efficax in precibus, & eloquens in intercessione.

Scribens Apostolus ad Philemonem sic Epistola facit initium. Paulus vinculus Christi Iesu num. 1. Cur nomen Apostoli, quo in alijs Epistolis vitur, hic praetermisit, ut notat D. Remigius. Cur non se scribit Apostolum? Rogabat Paulus Philemoni pro Onesimo seruo suo, qui compilatis, ac subtractis quibusdam rebus domini sui Roma transfugerat, ut colligunt D. Hieronymus, Theodoretus, Theophylactus, S. Thomas, & alij ex ipsa Epistol. num. 9. Paulus senex, nunc autem & vinculus Iesu Christi: Obsecro te pro filio meo, quem genui in vinculis, Onesimo, qui tibi aliquando inuitis fuit. Cum ergo Gentium Doctor pro seruo fugituo rogaret, praeclearum sanctitatis nomen Apostoli non dixit, sed addidit nomen laboriosi, ac vexati, derenti nempe in vinculis: Paulus vinculus: ut sic facilius Philemonem commoueret, ac postulatam impetraret. D. Remigius. Idcirco, ait, toties repetit se vinculum Christi Iesu esse, ut postulus in tribulatione, saltem quod obsecrabat pro seruo facilius impetraret.

QUESTIO XVI.

Quare Christus Dominus tam mirificè mulierem laudat?

139. N limine quaestiois illud maxime notandum, quod nullius hominis, nisi tantum Gentilium, ut huius mulieris, ac Centurionis Matth. 8. num. 10. Christus Dominus exterius admirationem ostendit. In ipso non fuit propria admiratio, ut sæpe dixi. Tamen in praefatis locis visus est admirari exterius, tum quia maior extitit fides Gentium, quam Iudæorum; tum etiam ait Abulensis q. 79. hoc factum est ad confusionem Iudæorum: nam Iudæi, qui quotidiana miracula videbant, vix aliquid credebant; hæc autem ante-

Afflictus magis efficax in intercessione, quam probus.

137.

Genes. 18.

Genes. 19.

Chrysof.

Augustin. eloquentior in precibus, quam magis probus.

138. Ad Philem.

Hieron. Theodor. Theophyl. D. Thom.

Derentus in vinculis facilius impetrat.

D. Remig.

139.

Matth. 8.

Abulens.

D quam